



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

29. [i.e. 30.] De tribus militibus Hugonotis, qui statum D. Antonij
inuadentes, horrenda morte perierunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

additis etiam tam sacrilegorum, quàm familiarium nominibus: sed publici etiam viderimus Notarij fide non indigni neq; obscuri testimonium.

D. VVilhelm. Lindanus libr. 2. cap. 1 de fugiendis idolis, De tribus militibus Hugonotis, qui statum D. Antonij invadentes horrenda morte perierunt: tertius verò precibus circumstantium adiutus, cum totus terribilis febre aestuaret, tandem peracto sacrificio & adhibita aqua benedicta, sibi restitutus errorem suum agnovit.

CAP. XXX.

ANno 76. in Gallijs vsu venisse scribunt, cuius talem historiam Parisijs impressam vidimus, quæ hîc ruditer est transfusa.

Anno Domini 1576. 21. Iulij dum Dux Aulensonus frater regis Fræciæ esset in vrbe Castillon, & excubię pedestrium copiarum in villa, quæ dicitur Soulci, à dicta ciuitate vno plus minus miliari distante, agerentur, tres milites malè feriatì deprehenderūt præ foribus imaginem B. Antonij in petra erectam, ac post multa scandala, ludibria & diçteria in eam congesta, caput quidem imaginis galea, manus verò armarunt haliebardia, talia cum execrandis blasphemijs euomentes, tu, si quid vales, si qua tibi potestas, in præsentiarum nūc eam demonstra contra nos, ac te defende. Quo dicto suis armis imaginē imperūt multis ictibus.

bus. Quibus non contenti, vnus eorum bis, aut
ter displosa bombarda, imaginem illam op-
pugnare aggreditur, ac eius faciem inter me-
tum & inferius labrum iaculatus globulo ro-
mentario lacerat sacrilegus. At non impunitus.
Nam eodem momento ille impius magnos
iulatu exclamans, horridumque eiulans, tu-
tus, inquit ardeo, totus comburor, statimque
prolabitur mortuus in terram. In cuius facie
eodem loco, vbi imaginem globo violarat,
ce reddita ignis scelerum vindex, qui totum
inde os replebat, velut via facta erumpens pro-
luxit eum deuorans, etiam cum iam miser
exhalasset animam. Secundus autem non
minus sentiens Dei omnipotentis manum, et
clamat quoque, ignis vim se ferre non potest
volensque intestina tormenta per aquam
fugere, in torrentem proximum præcepit
lijt: nec Dei præsentiam effugit. Nam statim
aquis submersus & suffocatus interiit.

Porro tertius cernens suorum miserabilem
exitum, sui impositus ac totus exanimis humi
fligitur, ac deportatus in proximam domum
totus feruentissimis febribus æstuabat, ac
que violentis, vt miserum de se spectaculum
omnibus exhiberet. Cuius miseria peruenit
cognati, amici maximè & commilitones Chri-
stolici, ad templum velut ad asylum confu-
re, Deo patri (sacerdote perquisito) sacrifici-
um mediatoris solenni cantu coram imagine
B. Antonij immolare, ac vnanimiter con-

uatim prouidentes tam milites quàm dicti loci incolæ Deum summa animi deuotione pro miseri fratris salute comprecari, postquæ sacrificium & multas preces afflictum inuifere, præmissisquæ multis alijs orationibus, aquam ei benedictam sacerdos aspergebat. Euestigiod ille miser sibi redditus, crimen agnoscit, Dei misericordiam inclamat, ac manus tendens in cœlum, humilibus ac magnis precibus suum errorem professus accusans, omnium deprecationes supplex ambit, vt pro ipso Deum clementiss. impellent. Nec defuit diuina misericordia: nam statim pristinæ valetudini ac menti restituitur, eaquæ etiamnum hodie fruitur. Hæc veraciter sub oculis plus quàm triūmillium hominum palam gesta docent, quam reuerentiam venerandis sanctorum imaginibus debeamus, nam etsi numen in illis nullum sit: tamen eorum nobis reficantis subinde memoriam, quos repræsentant, ac ad gloriosa Dei in suis sanctis opera collaudanda, eorumque pia patrocinia imploranda, plerosq; Christianorum extimulant. Quin & contumelia illata ipsis in Dei seruos, immò in cōmunem Dominum redundat. Qui hic aliquando etsi flere videatur, non tamen filebit semper. Hactenus ex libello illo anno 76. Parisijs impresso apud VVilhel. Merlin.